bi incontroversā eē pte subiecti. qd falsū ē *Lō. firmatur. qr̄ tūc omnis sillogismus in p̄ma fi- gura effet ex. 4. terminis. probatio. qr̄ mediū in maiori accipitū absolute. ita q̄ eē non ē e pars cū mediū sit ibi subiectū. sed i minori qn̄ p̄ dicatur. ē esse est pars eius. s. medy. ergo tē* *S̄ si effet pars p̄ dicati. hic eēt nugatio. hō ē animal. qr̄ si ens p̄ dicatur etens intelligit i animali. tūc ex eadē parte orationis bis dicit idē. quod patet reddēdo rationē pro nomib⁹. quia est sensus. homo ē ens animal* *Dicit boecius super z̄ eius q̄. ē. positiū. 3. adiacens non quasi quedā pars propositionis. sed sicut demonstratio qualitatis in p̄positōe. demon- strat enī qualis sit p̄positio qm̄ affirmatiua. et nō cōstituit propositionē tanq; ps eius. q̄ est tantū copula.* *Dicit etiā boecius q̄ quando ē p̄ dicatur. 3. s̄ ē p̄ dicatur sed adiacet p̄ dicato.* *Aduertēdum tamē q̄ hoc nō obstan- te magis se tenet ex parte p̄ dicati. ppter qd semper ē nota eoz q̄ de altero dicūtur. vñ ad- uertendū q̄ esse vt dictū est ē actualitas entis. vnde cū dicitur. homo ē albus significatur in eē subiecto sub ratione actus ipsi⁹ subiecti. pu- ta q̄ albedo actu iest homini. et hoc mediante actu essendi. sicut ei oñdit dicendo. sor. ē. signi- ficatur actualitas entitatis in sorte. sic cū dicit sor. est albus. significatur sorte esse sub p̄dicāto sicut sub actu. vñ quod ait boecius. ipsuz est esse demonstrationē qualitatis in p̄positione. dico q̄ hoc dicit de ipo ratione compositionis quā ip̄portat. quodlibet enim verbū. z. ip̄portat s. rē verbi que ē de essentiali intellectu nisi in- quātū significat rē que cōcipitur a ratione. et ip̄portat cōpositionē que est ipsi⁹ iquātū v̄bus vnde rationē rei quā ip̄portat hoc v̄bu ē cu3 illa sit actualitas est ratio sub qua p̄ dicatur quodlibet qd de alio p̄ dicat̄.* *Ad primū in oppositū dico q̄ si huic verbo ē apponetur aliquid per modū quo apponit aliquid ei q̄ est hō. cū dico sor. ē hō. puta dicēdo. sor. ē hō alb⁹. teneret cōseqntia. et hoc v̄bu ē eēt ps p̄ dicati. s̄ n̄ ē ita. qr̄ qn̄ p̄ se p̄ dicat̄: p̄ dicatur act⁹ essen- di absolute. qn̄ autē absolute p̄ dicatur. p̄ dicat̄ alterū p̄ncipale et ipsū secūdario iquātuz desig- gnat alterū. s. p̄ dicatū de. z̄ actū ei⁹ de. p̄ s. de subiecto.* *Ad cōfirmationē dico q̄ qn̄ ē p̄ di- catur p̄ se p̄positio q̄ mo⁹ significādi verbalē est mo⁹ vniēdi p̄ dicatū cū subiecto. s̄ non ē p̄ri- cipiū significandi verū vel falsū. de ista cōpo- sitione nihil ad loicū s̄ ad grāmaticū p̄tinaz. s̄ cōpositio quā ip̄portat verbuz ex sua significa- tione verbalē ē cōpositio q̄ significat veruz vel falsuz i q̄ res ipsa verbalis apud grāmaticū ē cōpositio. apud loicū in v̄bo ē quando p̄ dicat̄. 3. vñ illa cōpositio non ē mo⁹ significādi v̄ba lis sicut rō supponit. et ideo ratio tātū oñdit q̄ cōpositio q̄ ē mo⁹ significādi sit qd aliud a re*

designata i.e. quod utiq; verū ē. Ad boeciū dico q; ppositio cathegorica h3. z. ptes pncipales. s. pdicatu & subcīn. s; ppter hoc nō excluditur copula verbalis q; magi decliat ad partem pdicati. t coicidit in idem. Ad aliud p; ex dictis. cū enī dicitur hō ē aial tm animal denuntiatō hoīe. s; p copulā dīsignat aial in eē actua- liter subiecto. Ad ari. dico q; p tanto. ē. dicit pdicari. z. adiacē. q; plus declinat ad pdicatu. vt. q. pars pdicati videat sed nō est. Usū gait ari. q; ē significat q;dā cōpositionē quam sine cōpositis nō cōtigit intelligere mltia alia querēda restat circa capl; de verbo. s; itendo in posterū diffinire. Nunc ante3 redeo ad illā qstionē. vtrū. s. facta trāsmutatiōe circa rez q; significat fiat trāsmutatio i significatōe vox. vnde q; sic. boeci i libro dīsionuz. si nulla sit res subiecta quā significat vox significatiua ēē nō dicit. s; illa vox fuit p; significatiua q; res fuit. q; reac. P; i trāsmutatiōe substātia li res amittit nōmē & diffinitōz. q; res transmu- tata n̄ habet nōmē qd pri⁹ babuit. q; nōmē qd significauit ipsā pri⁹ n̄ significat ipsaz. P; de- structo vno corrōz destruitur reliquaz p ari. i pdicamētis. s; signū & signatū sunt correlatiā q; destructa re que ē signata destruit vox que ē signū. P; qd nō intelligit n̄ significat. s; nō ens n̄ intelligit. q; non significat. p; ma. significare p̄supponit intelligere. p; mi. oē intelligibile fac spe ciē i intellectu. s; n̄ ēs n̄ fac. tū q; destructa cā destruit effectus. res at ē cā spēi. q; destructa re destruit spēs. Ad oppo⁹. quia o⁹. qñq; ē vera qñq; ē falsa. vt dicit i pdicamētis cō de substātia. q; dītiones ōrōnis idē significat qñ ē vera & qñ ē falsa. t tñ i re q; significat p ipsa dītiones ē trāsmutatō. vt p; d̄ hac. sor. sedet. sor. n̄ sedz. q; qñ ē vera vel falsa ē trāsmutatio circa sede- re. q; i significando n̄ mutatē facta mutatōne in re. P; mlti sūt actus. vt currere. dormire tē. q; qñq; sunt qñq; n̄ sūt. si g; vox illa mutaret p̄ mutatiōez i istis. vox ipsoita istis multotiens ēēt non significatia. t p; oportet ipsaz ēē multotiens ipsoita ad significadū. P; currēte nō esset falsa illa. aliqd currit. q; currere n̄ significat idē q; qñ cursus ē. P; māfestū ē ex modo loqndi q; eūdē intellectū cōstituit i nobis vox plāta qñ significata ē t qñ nō ē. aliogn nō dicerem⁹ hāc ēē falsā. sor. ē. sor. n̄ exūte. s; signi- ficare ē intellectū cōstituere p̄ vocem. q; ic. P; ari. z. post. nō ētia cōtingit significare & intelligere. q; nō ētias rei n̄ ifert n̄ ētitatē significatis.

nullus

spēs intelligibilis q; ēt ipa res absolute sumpta maneat i trāsmutata scā trāsmutatione i re vt existit. q; p eadē spēs cognoscim⁹ esētiā tean- dē sciētiā bēm⁹ d̄ ea qñ existit & qñ nō existit. q; ari. p̄ post. de his q; freqnter sunt possimus bēre demōstratōz ēt qñ n̄ sūt. t p eandē sciētiā sic & qñ sūt. segē q; res vt significat p̄ vocē nō transmutat qlicūq; scā trāsmutatione i re vt existit. t p; sūa neq; vox significatā transmuta- bit i significādo. Cōtra banc solutōz ar. q; si vox idē significaret re exūte & n̄ exūte. q; quod significat ē idē. sūa p; q; actia vera p̄t trans- ferri i passiuā verā. s; p; significat exūs vno exūs. t si idē. q; idē erit existē & n̄ exūs. R. facilis ē ad h. q; nec p; significabat p̄ vocem res exūs s; res absolute cui extraneū ē existe- re & n̄ existere s; q; p̄ voces significat. Ad pri⁹ dico q; i anchoritate boecij sumit res n̄ p̄ exūti b̄ aut n̄ exūtib⁹ s; p̄ re vt intelligit vel absolute sumpta. vt abstrabit ab ytrocq; q; d. si n̄l signi- ficiet per vocē vox n̄ d̄ significatiua. Ad z⁹ īte illius auctorū p̄t esse talis i trāsmutatione subāli rei singlarisi q; s. abycit fur subālires singularis transmutata amittit nōmen & dif- finitōz spēi. q; n̄ māet i spē i q; fuit pri⁹. s; non segtut. q; nōmē spēi amittit suuz significatū. q; illud nōmē nulluz suppo⁹ significat nec ēt no- men ididui s; qd ei erat p̄puz i positū amittit suū p̄pū significatū. s; singulare ē trāsmutatū tm̄ formā spēi i q; p̄us fuit. Ad rōz p̄tām cōcedo q; destricto significato destruit signū s; l; res vt existit destruat n̄ tñ res vt ē signifi- catū vox. Ad p̄mū p̄t negari ma. ad p̄batōz dico q; significare p̄supponit intelligere q; oē si- gnificatū p̄us intelligebat alr. t vox n̄ fuiss ipo- sita. s; postq; ipsoita ē p̄t ita significare illō ad qd ipsoita ē: l; a nullo intelligat. Ulteri⁹ p̄t negari mi. i. rōnis si intelligat sermo fieri de n̄ exūte p̄t negari. q; si exūs p̄t intelligi p̄ spēs non quā facit s; quā fecit i intellectu. q; illa spēs p̄t manere eadē q; p̄ cū obycit q; nō. q; destricta cā destruit effectus. dico q; illa p̄positio intelligēda ē d̄ cā i fieri t. i. ēē. res aut̄ k; q; exūs tm̄ ē cā spēi i fieri & nō i ēē. cū z⁹ d̄ destricto signifi- cato destruit signū. dico q; res k; q; existit non ē significatū per speciem intelligibilem in ani- ma. sed res secundū q; intelligit. vel sū se abso- lute dicta & illo mō non destruitur sed manet.

Ex Oratio

O RATIO ē VOX. postq; ari. determina- uit d̄ pncipij enūciatōis k; re. s. de noīe & vbo q; stē ptes integrales. nūc determinat d̄ p̄n- cipus eius k; rationē. i. de gñe & vña ex q; bō cō- stat rō diffinitia ū. vñ ista p̄s dīdī i. z. p̄ ei d̄ter- miat d̄ orōne q; ē g⁹. z⁹ d̄ dīa vbi sil cōcludit di- ffinitōz totā enūciatiōis oīdit qd sit diffinitie ibi (enūciatiua vox) p̄ma i. z. p̄ diffinitōz p̄po- nit. z⁹. exponit ibi (dico quātē vt hō) p̄imo. n,

Dm.

ponit vox per quam oratio distinguitur a sonis quae sunt voces ut de noie et vbo dicitur est supra non plata sed accepta. aliud enim est eam vocem aliud est in voce. et sic est illa particula conuenit orationi quae est in mente. 2. ponit significativa propter quod oratio distinguit a voce non significativa. scilicet de nomine et vbo dicitur est. **¶** Sed tunc occurrit dubium quare ista repetit in diffinito orationis cum posita sunt in diffinito nominis. unde et in diffinito vbi noluit ea ponere propter breuitates eo quod coia sunt nominis et vbo. et non sufficiebat in diffinito nominis ea posuisse. quod eadem ratione nec debuerit ponit hic in diffinito orationis. **¶** Rerum huius iterat et non ibi ex ista causa. quod significatio orationis differt a significato nomine et vbi. quod nomine et vbu significat simpliciter conceptum. oratio vero significatur conceptum. oportuit quod huius iterare vox significativa ne aliquis crederet quod oratio uniformiter significaret sicut nomine et vbu. **¶** 3. ponit certum partium. et per hoc oratio distinguit a nomine et vbo. quod eorum partes non significant separe. ut super dictum fuit. **¶** Notandum quod significatur dicere huius certum partium aliquid et non certum partium. quod quidam ponunt quodque in oratione. puta orationes et aliae in categorica que proprie non significat aliquid sed est et absolute sed in beatitudine unius ad alterum. vel aliter significatur dicere certum partium aliquid et non certum partium. quod partes orationis separe. id est seorsum accepte significant aliquid per se. quod verum est aliquod est pars orationis. unde negatio aut alia in categorica non significant cum sunt voces in categorice. **¶** 4. ponit ut dictio: non affirmitur quod exponit duplex est significatio: vox una complexa quod est significatio dictiois. alia complexa. quod est significatio: affirmatiois vel negatiois. ad ostendendum quod pars orationis separe non significat conceptum complexum sed in complexu dicere significat ut dictio non ut affirmitur. aut super negatio. **¶** Si istet est hoc. quod quidam orationes sunt certum partium significant separare et ut affirmitur: ut orationes hypothetice. ubi ergo. ut si sor. est hoc. sor. est alia. Ostendendum quod huius diffinito oratio in certum quod conuenit omni orationi taliter simpliciter significatur. debuit quod ponit in diffinito orationis illud quod est certum omni orationi taliter simpliciter significatur. ostendendum quod pars orationis est significatur ut dicto. quod dicto sumere est per affirmatio ne partem additur. non ut affirmatio. aduertendum autem quod ista diffinito conuenit omni orationi taliter perfecte quod imp fecte. quod omnis oratio conceptum ex pluribus vocibus. quodque quilibet aliquid significat per se seorsum. **¶** Deinde cuicunque dicit (dico autem) exponit datam diffinito. vbi. 3. facit. per declarat et expicit quartam particulam et ultimam. 2. tertiam et medianam ibi (sed non una nominis) 3. prima sicut et secunda ibi (est autem oratio) dicitur. dico autem. scilicet per partes orationis significatur ut dicto. non ut affirmatio: quod per exemplum ut

yllaba neque in hoc quod est significatur rex rex significat aliud. sed non est nunc sola. huius duplicitas significat quod est non sicut sed sicut. quod madmodum dicitur hoc aliud significat ut dicto. sed non quod est autem non est. scilicet non significatur. aut negatur. aut erit negatur. aut affirmatur. si quod addatur. scilicet addatur vbi: ut hoc currat vel hoc non currat. Deinde (sed non una) expicit primam particulam. quod est significatum est aliud separe. vbi. 2. facit. per exponit illam particulam. 2. circa hoc assignat quoddam dictionem iterum nota opposita et simplicia ibi (in duplicibus vero) dicitur quodque una pars orationis significat separe: sed non omnis pars. pars quod una nominis silla nihil significat sed sit pars orationis. quod probatur per sillas quodque pars est aliud significans. quod videtur in hoc nomine rex non significat sed non significat sicut est silla hoc non significatur. sed non est sicut. hoc non nominis nihil significat. et est sola vox. **¶** Ex parte per dictis pars quodliter illa particula sit intelligenda. quod intelligitur de partibus orationis propriae et immediatae. ut sunt nomine et vbu et cetera orationis partes. non autem est intelligenda de partibus remotis quod sunt partes proprias. ut silla ex quoddictio conceptum. Postea ibi (in duplicibus vero) assignat circa hoc quoddam dictionem dicitur quod in duplicibus. scilicet cōpositi nominibꝫ quod conceptum ex dicto nominibꝫ silla quod significat sicut. scilicet apparētiā: sed non est sicut rei virtutē quādmodum dictum est. scilicet de nomine. scilicet in simplicibus nominibꝫ nullo modo pars est significativa sed in cōpositis vultū. scilicet apparētiā p̄tēdūt. quod pars eius aliud significat. sed non est sic in rei veritate. aliter exponit et reddit in idee quod silla nominis cōpositi significat quodē. scilicet in ipso cōposito. et sed non sunt dictoess: non autem significant aliud sicut se putat. scilicet sunt partes nominis quod ad cōpositionē. **¶** Deinde (est autem oratio) declarat qualiter intelligende sunt due particule proprie. scilicet vox significativa. quod scilicet ad placitum non naturaliter. dicitur quodque omnis oratio est vox significativa. non sicut in istis. scilicet naturale. sed sicut in placitum quādmodum dicitur est sed de partibus orationis. **¶** Notandum quod sicut dictum est in quadam questione: virtutis interpretatione quod est vel naturalis est aliquod istis naturaliter. scilicet pulmo et gutta: vox autem non est istis. sed sit illud quod interpretatione perficitur et cetera et virtute interpretationis. nomine ergo et verbū et oratio non significant naturaliter quod ista naturalia sed ad placitum. scilicet ab humana impositione. **¶** Hoc quitur illa pars (enūciatio vero) vbi autem ponit dictionem specificā enūciationis includēt ex illa et genere quod est oratio totā enūciationis diffinitionē. unde hic incipit agere de ipsa enūciatione quod ipsa sit. et hec pars dividitur in. 2. primo determinat de enūciatione quātū ad eius essentialia difiniendo. scilicet quid sit. et dividendo in suas species. 2. quātum ad eius accessoria assignando et determinando de eius proprietatibus. puta de oppositione et habitudine. scilicet ibi (quoniam autem est) prima in. 2. primo ponit enūciationis diffinitionem scilicet eius divisionē. secunda ibi (est autem una) prima in. 2. primo enūciationem diffinit. scilicet eam elicet per sua determinatione ibi (et cetera quidez) prima in duas. primo facit quod dicitur est. scilicet ex differentia addita et diffōne assignata ostendit enūciationes distinguere ab aliis orationibus ibi (non autem in oībꝫ)

e. **¶** Vox est autem oratio quod omnis significativa non sicut instrumentum sed quādmodum dictum est per placitum. **¶** Enūciatio vero non omnis. sed in qua dicitur. et falsum est.

q̄z oratio est. sed neq̄ vera
neq̄ falsa est.

70

dicit ergo q̄ enūciatiua oratio nō ē omnis ōo
s̄ illa in qua ē verū el̄ falsuz. Notādū q̄ in
istis paucis verbis ari. iplicat enūciatiōis dif
ferentiā specificā t̄ eius p̄priā diffinitionē. et
itē 3: quandā enūciationis diuisionē. p̄muz in
hoc qđ ait (sed in qua verū) hec enīz differētia
que diuidit orationē ab alijs ōonib⁹ ē ista. q̄
ista significat verū aut falsū. alie non. significa
re ergo verū vel falsuz ē differētia que addita
orationi facit seu constituit enūciationē. vnde
q̄tuz ad z⁹ hec est diffinitio enūciationis. ōo
significans verū aut falsuz. 3⁹ in hoc quod ait
(non ois). q.d. quedā oratio significat verū vel
falsū. quedā n̄. i enūciatiōe ergo ē verū vel fal
sum sicut in signo. in mēte sicut in subiecto. vt
dicit. 6. meta. sed in re sicut in causa. (Nō āt)
ostendit ex dicta diffinitiōe enūciationē distin
gui ab alijs orōib⁹ dicēs q̄ n̄ in oib⁹. s. orationi
bus ē supp. verū vel falsū vt patz i orōne dpre
catiua. ex quo patet q̄ significare verū vel fal
sum ē differentia distinguēs enūciationem ab
alijs orationib⁹. Notādū q̄ ōo quedaz est
pfecta quedā ī perfecta. pfecta autē diuidit in
5. s. enūciatiua deprecatiua ad quā reducitur
optatiua t̄ interrogatiua ad quā reducit dubi
tatiua vocatia. istaz āt enūciatiua tantū est i
qua verū vel falsū. q̄ cōstituit sensū in animo
audiētis. alie aut. 4. non. significatiua vero cō
ceptus mētis i qua ē verū vel falsū. s̄ quedaz
orationum vel affectum mētis excitat vt vo
catiua ad attendendū mēte. interrogatiua ad
respondēdū voce. impatiua ad exequēdū ope.
t̄ hoc q̄tū ad inferiores. deprecatiua q̄tuz ad
superiores. sola ḡenūciatiua s̄pl̄r significat verū
vel falsū. Deinde ibi (cetero qdē) illaz eligit
dicēs q̄ cetero orationes relinquāt. s. pro nūc.
q̄ eoꝝ cōsideratio cōueniētior ē rhetorice vel
poetice scientie. sola autē ōo enūciatiua ē pre
sentis consideratiōis. Notādū q̄ dictas. 4.
orationes dicit eē rhetorice t̄ poetice sciētie. q̄
rhetor nititur p̄suadere: s̄ hō potest semp p̄ ra
tionē. t̄ tūc vti deprecatiue. p̄ finis poete ē
facere t̄ log omnia i quib⁹ hō audiēs delectēt.
homines āt delectantur i varietate orationuz
i. poeta vtitur oratione nūc deprecatiua: nūc
imperatiua. nūc optatiua. rhetor aut̄ t̄ poeta
plerūq̄ nitūtur mouere auditores p̄uocando
eos ad aliquas passiones f̄ ari. i rhetorica sua
ideo dicte considerationes p̄tinēt ad rationes
rhetorice t̄ poetice scientie q̄tenus faciunt ad
aliquā ordinationē t̄ iductionē audiētis mō
preposito. Circa capluz de nomine t̄ circa
illaz p̄ticularuz diffinitionis quero banc q̄stio
nē quā superius p̄termisi. vtrū terminus cois
impositus ad significandū verā naturā cuius
aliqua supposiā essent aliqua nō esset. dicatur.
vniuoce de exntibus t̄ non exntibus. videtur
q̄ nō. q̄ que equiuocantur in superiori non vni
tempore.

c. **B**ex Cetero qd̄z relinquit.
Rhetorice. n. ē poetice cōueni
entior cōsideratio est enūciatio
presentis est speculatiois.

nocantur in inferiori. sed supposta exntia t̄ n̄
exntia equiuocantur in ente quod cōsuperius. ḡ
t̄ in termino cōmuni q̄ significat i inferioris ad
ens. maior patz. q̄ de ḡbuscūq̄ dicit superius
vniuoce. dicit iferius. mil̄q̄ existentiā sunt en
tia i pō. **P**redicatio vniuoca ē p̄dicatio essē
tialis. aliter nō distinguereſ a p̄dicatiōe de
nominatina. sed terminus cōmuni nō p̄dica
tur ēentialiter de his t̄ de illis. ḡ nō vniuoce.
p̄: minoris. q̄ p̄dicatio ēentialis verissime fit
cū hoc verbo ē. s̄ illo mō nō p̄dicat de n̄ existē
tibus. vt dicit prius. ḡ r̄c. **P** enti t̄ nō ēti nil
ē cōmune vniuocū. qđ patet p̄ locū a ma. quia
non omnib⁹ ē cōmune aliquid vniuocum. q̄re
r̄c. **C**ontra. illud qđ dicitur f̄m idē nomē t̄ f̄z. **P** oī.
eandē rationē dicit vniuoce. sed terminus cō
muni dicit de his t̄ de illis t̄ f̄m eandem ra
tionē. p̄: mi. q̄ talis terminus cōmuni nō b̄z
nisi vna diffinitionē cū sit vniuocū i se. ergo ē
omnibus de quibus dicit: dicitur f̄z illā. **R**:
t̄ dico q̄ terminus cōmuni q̄ nō ē equiuocus
ex ipsoſtione ad diuerſas nātūras: sed tantuz
ad significādū vna naturā de quibuscūq̄ dici
tur simpliciter dicitur vniuoce siue existentiā
siue nō. qđ pbatur p̄ sic. q̄ si termin⁹ ē i se vni
uocus. ḡ habet vna diffinitionē i se exprimētē
illud significatū cui iponit. ḡ de q̄cūq̄ dicitur
simpliciter dicitur f̄z illā diffinitiōe. q̄ dā ſt̄ op
positū cōseqnti p̄ dicit de aliquib⁹ f̄z illā diffi
nitionē. de alijs f̄z aliā. cū ois diffinitio expri
mat significatū nominis iuxta illud. 4. meta.
ratio quā significat nomē ē eē diffinitio. sequit
q̄ illud nomē hēat. z. significata. q̄ ē oppositū
āncedētis. **P** null' termin⁹ cois iponitur ad
significādū aliquid suppositū vel aliq̄ equiuoc
atio aut̄ ē diuerſitas significatoꝝ. ḡ ppter qua
lēcūq̄ diuerſitatē i suppositis nūq̄ erit termi
nus cōmuni equiuocus. quia nunq̄ fit variatio
i eē p̄ se significato. si ē omnibus suppositi
dicatur simpliciter. sequitur q̄ de omnib⁹ di
catur vniuoce. **P** q̄ significat omnēn̄ differ
entiā temporis. ad supposta nullius temporis
determinat. sed talis ē terminus cōmuni nō
minalis. ḡ r̄c. t̄ per cōsequens dicitur vniuoce
de quibuscūq̄ dicitur. **P**. 4. differētiae ac
cidentales significato termini nō faciunt ter
minum equiuocū. sed esse fuisse fore velexiste
re vel presens vel futuruz sunt differētiae acci
dentales significato termini. ḡ r̄c. minor patz.
quia si terminus significaret aggregatū existē
tiae velesse v̄l fuisse significaret ens per accidētē
tiae illa que significaretur p̄ ipm non essent i ge
nere. **A**d p̄t⁹ i oppo⁹ dico q̄ ēs vt ēs ē nomē
n̄ ē egnocū ad illō qđ existit: l̄z forte f̄ q̄ ē p̄t⁹
fit egnocū ad illa. s̄ ēs vt ē p̄t⁹ nō ē supi⁹ ad
hominē. **U**n̄ aduertēdū q̄ solz ātiḡ dicit q̄
ēs p̄t eē p̄t⁹ v̄l n̄ēs p̄t⁹ significat idē q̄ exi
stēs. q̄ tenz significatōz v̄bi a q̄ descendit. sed

ens nomē significat forte habēs essētiā. et illud
dūcitur ī. i. genera q̄ ynuoce dicit de existē
te et d̄ n̄ existēte. Ad 2^o dico q̄ mi. ē falsa quia
cōe potest p̄dicari de supposito cū hoc verbo
est. siue illud suppo^o existat siue n̄. Ad 3^o cūz
dicit enti et n̄ ēti tē. dico q̄ si itelligitur de istis
fīm q̄ habēt ratōs cōtradictorioꝝ sic forte n̄
est eis cōe uniuocum. Et autē ut sūt supposita
disputa et significatiꝝ suppo^o existēs et n̄ existēs
possunt habere aliquid cōe uniuocuz. et sic est i
proposito. unde fēto p̄mo dicto si arg. ulterius
sor. est existēs. sor. si est existēs uel cesar. ḡ eis n̄
est aliquid cōmīcē uniuocum est fallacia acci
dētis. q̄ me^o existētis ut uni extremo iquātuz
ad aliō compatur. q̄ duobus suppositi. quoꝝ
alteruz est existēs alteruz n̄. q̄ est aliquid cōe
uniuocū iquātum inclūdunt aliquid unum p
se idē: l̄z accidat vni esse existēs. quia fīm illa
accidētia eis si habēt aliquid cōe tale. Quod
āt forma arguēdi nihil valeat ar. sic ī simili. al
bo et n̄ albo. nihil est cōmūcē uniuocum cūz sint
cōtradictoria. ut ille est albus ille n̄ est albus
ergo isti homī et illi nihil est eis cōe uniuocum
nihil ualeat p̄sa. q̄ hoc p̄dicatū nihil habere
uniuocum iest ratōe affirmatōis et negatiōis.
sicut et hoc q̄ et cōtradictoria et n̄ ratōe eorū
que subsūt forme et ī mi. sumūt sub illa. que
subsūt istis formis. L̄z probatur ista propō
enti nihil est uniuocū per hoc q̄ n̄ omib⁹ en
tibus ē aliquid cōe uniuocum. negāda est illa
p̄sa. q̄ nihil idē īte^o cōceptū apud intellectuz
inclūditur ī cōceptu omīluz entiū h̄ aliquid idez
cōceptum apud intellectum potest esse de intel
lectu eius cui accidit existere et ei^o cui accidit
n̄ existere. Ex solutioⁿe dicte questionis p̄z
una alia cōclūsio. s. q̄ aliqua sunt simpliciter
supposita termī cōis significatiꝝ uerā naturā
preter existētia. q̄ declaratur sic. q̄ ratio cōis
uel suppositi. n̄ attribuitur ei ut existit: sed ut
cōcipitur apud intellectum. q̄ ponere aliqd exi
stere fīm q̄ ei attribuitur ratō cōis hoc est p̄ōe
re ideas fīm q̄ p̄lo posuit. Igitur cōe fīm hoc q̄
habet rationē cōis est natura prout cōcipitur
sub rationē dicibilis de pluribus. et supposituz
est natura cōcepta apud intellectuz sub rationē
n̄ dicibilis de pluribus. sed pōle est apud intellectum
modo cōcipere naturā. vt est dicibil
de pluribus: et eandē n̄ est dicibilis de plu
rib⁹: siue vtraq̄ existat siue nentra: siue illa q̄
concipitur ut n̄ dicibilis de pluribus n̄ exi
stat. illa que concipiēt ut dicibilis ī pluribus
existat ī alijs suppositis. semp enī ī natura cōce
pta vt h̄t: itelligitur per se natura cōcepta ab
solute. ergo alia ab existētibus sunt simplē sup
posita termini cōis. assumptū. s. q̄ res existens
eodē modo cōcipiatur. sicut quando n̄ est exi
stens p̄z. q̄ de his que frequenter fiunt et quā.

do non existunt possūt fieri demonstratiōes. ex
p̄ poste. ergo et illa possunt sciri diffinitiue.
q̄ cognitio demonstratiua presupponit diffiniti
uā. ergo possunt simpliciter cōcipi apud intelle
ctū per eandē speciē. est ergo vis rationis ī hoc
q̄ natura humana cōcepta ut hic. eodez modo
se habet ad naturā humanā cōceptam sub rōne
dicibilis de pluribus siue natura cōcepta ut hic
existat siue non. ergo equaliter habet rationes
suppositi quādo existit et quādo n̄ existit. P̄
ad eandē conclusionē arg. sic. omē illud p̄ quo
res simpliciter potest supponere et verificare p̄
pōnem: est simpliciter suppo^o eius. sed huius
modi sūt alia ab existētibus. ut p̄z in his propo
sitionib⁹. hō fuit hō. erit sumēdo fuisse pro ac
tu terminato et fore pro actu n̄ inchoato. P̄
participare fīm aptitudinē sufficit ad rationes
cōmūis. ergo participare fīm aptitudinē sufficit
ad rationē suppositi. antecedēs p̄z. q̄ vle est ap
tū natum p̄dicari de pluribus. sequentia p̄z.
q̄ non maior actualitas requiritur ad suppo^o
ut dicit in participando actiue: q̄ ad esse passi
ue. sed alia ab existētibus sūt apta naturā cō
mūis. quare tē. P̄ inter suppo^o et cōmūe est
ordo. non autē in rebus fīm q̄ sūt. sed tantūmō
in quā^o compātur ad intellectū. ergo ratio cō
mūis et suppositi potest esse eadez circa res siue
existētes: q̄ eū ē ei q̄ cōsiderat ab intellectū.
In quā^o tale existere siue n̄ existere. q̄ tā suppo^o
q̄ cōmūne eodē modo se habet ad existētiā et
non existētiam. q̄ significatum nomis abstra
bit ab ytrōq̄. ergo nomē significat siue tēpore.
Et autē vna prima
oratio. postq̄ az. diffiniuit enunciati
onē. nunc ponit eius multiplice diuisionē cir
ca quod. z. facit. primo proponit. z. exponit ibi
(necessē est) dicit ergo. est autē vna p̄ma ora
tio et cō. Notandum q̄ ari. subtiliter satis p̄ce
dens per illam litteram intendit. z. diuisiones
de enunciatione. Prima ē q̄ enūciatio qdā
est vna. quedā est plures. hanc tangit ibi (est
autē vna) p̄ hoc. autē q̄ dicit vna dat intel
ligere plures. Secunda est q̄ enūciatō que
dā est affirmatiua; quedā est negatiua. hanc āt
p̄ncipaliter intēdit. et q̄ enūciationi p̄ncipio con
uenit affirmatio et negatio. que. s. enūciat
io est vna q̄ ei que est plures. ideo hanc fīm
tangit et ponit quasi subdiuisionē prime dicēs.
t̄ hec vna enūciatio prima oratio enūciatia
est affirmatio. Deinde negatio. ideo dicit hic
q̄ p̄ma est affirmatio deinde negatio. Tertia ē
q̄ enūciatio vna. quedā est vna simplex qdā
coniunctione vna. hanc tangit dicens. alie vō
cōiunctiōe. q. d. enūciatiōes q̄ sūt vne. qdā sunt
vne simplices. qdā cōiunctōe vne. qdā sunt
illaruz patebit ex sequētibus. aduertēdū et q̄

Ex Et autē vna p̄ma oratio enū
ciatua affirmatio et inde negatio
alic̄o coniunctione vne.

sumēdo. 3. mēbra hāz diuisionū bē enūciatio
p̄ncipalitēta i hoc libro. c̄t̄ dionē p̄ncipalitē
itēdit. s̄ enunciationū vna affirmatiā simplex
que prior est composita et negatiua. et sic vna
simplex affirmatiā habet triplicē prioritatē
respectu eius que est plures. et respectu e⁹ que
est negatiua. et respectu vnius coniuncte. i. cōpo-
site. qz qd̄ est cōiunctū est compo⁹. vnde cū sup-
latiū dicat excessu⁹ compatitui ad denotan⁹
triplicē excessu⁹ aut prioritatē dicit p̄ma et non
prior. Circa hām dionem que ē p̄ncipaliter in
tentā occurrit du⁹. qz non videt eē generis in
spēs. qz et gen⁹ vniuoce predicat et equaliter de
suis spēbus fīm por⁹. non p̄pus et posteri⁹ sed hic
dicit qz p̄ma ōo enūciatiā est affirma⁹. poste-
rior negatio et c̄. Rn⁹ dico qz dīdentia aliqd̄
cōe duplicitē p̄nt compari. vno: in se fīm suas
proprias rōnes. alio: in cōdi qz dīdunt. p̄mo: nō
repugnat duabus spēbus sub genere qz vna sit
perfectior et p̄or alia: sicut hō perfectior ē asino
sub aiali: et sic est in p̄posito de affirmatione et
negatione. ut dicit az. z⁹: repugnat. qz uis ergo
affirmatio sit perfectior et p̄or negatione in sua
forma specifica. tamē equalē vniuoce partici-
pant suū gen⁹ qz est enūciatio. Deinde cū dīc
(ncē) manifestat et exponit dictas diones. p̄mo
p̄maz. z⁹: fam. sc̄da ibi (barū aut) tertia ibi (sim-
plex enūciatio) circa primū. z⁹: facit. p̄ premittit
quedā necessaria ad p̄positū. z⁹: ostendit itētū
ibi (est autē vna) prima diuidiſ in. z⁹: f qz. z⁹: ne-
cessaria p̄mittit. z⁹: ponit ibi (quare autē) p̄ma
in. z⁹: p̄ proponit dictū. z⁹: pbat per argumētu⁹
ibi (et enīz hominis) arguens a maiori sic. ma-
gis videretur qz diffinitio tota hois vel alte-
rius sine verbo faceret orationē qz vnu⁹ soluz
nomē. sed illa nō facit. ḡ et c̄. busus rōnis ponit
mi. in l̄a di. etenī rōi. i. diffinitioni hois si non
addat est aut fuit aut erit. est inqz qz est v̄erit
vel fuit que sunt casus aut aliqd̄ bi⁹. i. aliquod
aliud ver⁹ aut casus verbi nōdū est ōo enūci-
atiua. Circa l̄az occurrit duo dubia. Pri⁹
qz re nō facit mentionē de verbo infinito cū p̄oā-
tur in enūciatione et cū eo possit eē enūciatio.
z⁹ est cū enūciatio p̄stet ex noie et verbo qua⁹
tm̄ facit mentionē de verbo et nō de noie. Ad
pri⁹ dicit qz verbū infi⁹ in enūciatione idēz offi-
ciū h̄z sicut verbū negatū de quo queret infra
in z⁹: libro. et iō per illud intelligit istd̄. Ad z⁹
dat triplex r̄n⁹: racet enī de noie et nō de verbo.
aliq̄ at̄ est sine noie ut currere est moueri. tū qz
p̄dicatū ē p̄s principalior in enūciatione. qz for-
male. verbū at̄ tenet se ex parte p̄dicati magis
cū sit sp̄ nota eorum que de altero p̄dicant. iō
potius facit mentionē de verbo qz de nomine tā
qz de p̄ncipaliori. tū z⁹: qz ex hoc remouet du⁹.
dixerat. n. qz quedā enūciatio ē vna simplex qz
dā coniunctione vna. crederet ḡ aliḡ qz illa qz est

secret.

simplex om̄i p̄pōe qz excludit ex B qz ibi ncē
ē verbū qz importat qz dā p̄pōz quā sine p̄posito
nō ḡtingit intelligere. nomē vero nō importat
talē p̄pōz. ḡ et c̄. Deinde cū dicit (qz m̄t̄) p̄dit
z⁹ ncēium p̄eabulū qz ē qz diffi⁹: hois et qz cūqz
alia faciunt vnu⁹ et nō multa. cū⁹ cāz assignare
dicit alteri⁹ consideratiōis. et cū B excludit qz dā
cām illius vnitatis. qz oia illa aial gressibile bi-
pes nō oio sunt vnu⁹. qz pp̄inque proferunt sine
aliqua dissūctione seu puncti seu coniunctionis
alicuius ut aliqui dixerunt. dicit ergo qz qz vnu⁹.
qz dā ē et nō multa aial gressibile bipes ut sup-
ponitur alterius est negoti⁹ tractare. nec enim
in eo. i. ex hoc qz partes huius. s. diffinitionis p̄
pinque due vñrynu⁹ erit. sed supp̄ ex aliqz alia
causa. Notādū qz sicut p̄z. 7. metha. c̄: de vni-
tate diffinitionis. iō diffinitio ē vnum et n̄ mul-
ta. qz ex dīa per se que aduenit generi sicut for-
ma materie et actus proprius et per se p̄t̄. sic
igitur ex materia et forma fit vnum per se sic ex
genere et differētia. quare autē vlt̄erius ex ma-
teria et forma fit vnu⁹ per se. nulla alia cā vlt̄er-
ior potest dari nisi qz hoc est potētia et illud ē ac-
tus ut ibidē dicitur. et ideo ad designanduz ta-
lem vnitate partes diffinitionis et tota diffini-
tio debet proferri sine aliqua mora aut interpositi-
one ut nō talis mora videretur notare aliquā
diuersitatem. (Est autē) ex predictis exponit
primaz diuisionē. vbi duo facit. p̄mo enīz facit
qz dictum ē. z⁹: concludit corr⁹ sequens ex pre-
dictis ibi (nomen ergo et verbum) dicit ergo qz
oratio enūciatiā vna est illa qz vnum d̄ vno
significat vel coniunctione. exem⁹ primi ut ho-
mo est animal. hic. n. p̄dicatur vnum de vno
et quantū ad vocē et quantū ad significatū. ex-
emplū secūdi. animal gressibile bipes est aial.
hic etiā vnum de vno p̄dicatur quantū ad si-
gnificatum. qz tota diffinitio significat vnum et
non multa ut predictuz est. dicitur cu⁹ coniun-
ctione vna pro quanto in subiecto multe dicti-
ones loco vnius coniungūtur. postea addit z⁹
mēbrum diuisionis di. plures autem. i. enūci-
atio plures est que plura significat et non vnu⁹
vel coniuncte vel inconiuncte. exemplum primi.
homo et equus currunt. vel canis currit. ex e-
plum secundi. homo legit et equus currit i pri-
ma ponuntur plura. sed coniuncte. in secunda
vero plura sed inconiuncte. Patet ergo ex pre-
dictis. prima diuisionē qz enūciatio quedā est
vna quedā plures. et qz vtrūqz mēbrum ē bi-
partitum. qz sicut vna enūciatio aut est sim-
plex vna aut coniunctione vna. ita et enūcia-
to plures per oppositum quedā est plures cōiū-
cte quedam inconiuncte. Unde ex predictis
possimus accipere. 4. modos enūciatiōis iu-
cta. primaz diuisionē. nam quedā est enūcia-
to vna simplex illa. s. qz tm̄ p̄stat ex noie et v̄. qz v̄

Tex Qm̄ et
et nō m̄t̄
sibile bipes
qz p̄tes p̄v
vnu⁹ ep̄it. Et
rig hoc tric

G. Est autē
enūciatiū
uno significat
ōe vna. et
que pluri-
b̄ in coniunc-

. etiam latibile celep-
fadiū ciuitat.

n. Tex Necesse ē autē ōe orationēz e-
nūciatiāam ex vbo ec. l. ex cas-
su Xbī. Et enī hois rationē: si nō
aut est. aut fuit. aut ep̄it. aut
aliq̄ h̄i modo addatur nōdū
est oratio enūciatiā. qz sigfi-
cat unū ec vnius tei.

Significat ut cum dico. homo est animal. homo currit quodam coniunctione una illa. s. qd vnu de uno significat. tamē stat ex plurib⁹ vocibus. vt cū dico animal gressibile bipes. et enī ē enūcia? iudicāda. una n̄ ex unitate vocis s̄ signifi cat. qdā ē plures. s̄ cōiunctio vel cōiuncte vt si subiect⁹ aut p̄dicat aliquid multiplex equo. cū plura significans. vt cum dico canis currat.

qdā ē plures s̄ icōiuncte ille. s. i. qd⁹ ponūtur multa nomia vel multe enūciatioē sine cōiunctione. ex p̄mi homo music⁹ albus currat. ex e⁹ si. si sor. currat. sor. disputat. et itē homo currat lapis quiescit. ita qdā sicut manifestū est p̄mo pluralitatis opponit p̄ mō vnitatis. et z⁹ z⁹.

Dein (nomen qd⁹ et vbum) cōcludit quoddā corollī sequens ex dictis. qd̄ enī una enūciatio ē que vnu de uno significat. iō oīs enūciatio aliquid de aliquo significat. sequit⁹ qdā nomen et vbum sunt sola dictio et nō supp. aliqua enūciatio qdā sic aliquid significat. i. p̄ferētem. s. nomē aut ver⁹ non ē. i. non p̄tingit dicere ipsū suppō voce aliquid enūciare et hoc vel aliquo interrogāte si respondeat vel n̄ interrogāte s̄ ipso p̄ferēte. s. p̄ se sine aliqua interrogatione.

Notandū qdā bic ari. inuit duos modos vtēdi enūciatioē qdā enī ea vtū respondētes interrogatōi vt si qd̄ fit i mari dicimus qdā naute nauigant. qdā enī vtū ea spōte sine interrogatōe. vt dīcendo absolute. homo ē aial. qdā ergo p̄nunciat nomē tm̄ et vbum nullo. aliquid enūciat. qd̄ non significat aliquid de aliquo qdō fieri i oī qdā enūciatione. vt p̄z ex p̄dictis. Dein cum dicit (haz at) exponit hāz diuisionē qdā subdiuisione p̄me. dicit qd⁹ haz. s. enūciationū i qd⁹ vnu dic̄t de alio. hec qdē ē simplex enūciatio vbi. s. aliquid vnu enūclatur de aliq. qdā ad affirmatiū. vel aliquid ab aliq. s. remouet qd⁹ ad negatiū. hec at. i. alia enūciatio ē iūcta ex his. s. simplicib⁹ velut qdā oī cōposita.

Notadū qdā sīc i rebus unū dididit i simplex et cōpositū. sīc i enūciatiōib⁹. qdā enī enūciatio ē una simplex i qd⁹. s. ponit unū nomē et unū vbum. ut cū dico homo ē aial et homo currat. qdā at una cōiunctiōe. i. cōpositōe i qd⁹. s. plura subiectū aut p̄dicatur. qdā significat vnu. vt cū dico aial gressibile bipes currat. vnu p̄z qdā hec tertia diuisione ē subdiuisione p̄me et ipsa vtralr tacta ē statī supra cū dīcēbat qdā vnu oī enūciatio est qdā vnu d̄ uno significat vel cōiunctiōe una.

(Est at simplex) manifestat et exponit tertia diuisione. vbi. z. fac̄ qd̄ p̄investigat dīrias specificas illi⁹ dīsionis. z. diffinit mēbra ibi (affītio vbo est). Aduerten̄dū at qdā dīsio ista. s. qdā enūciatio. alia ē affirmatiua. alia ē negatiua. p̄duenit oīni simplici. postea oīni cōposite. ad exponēdā qdā rōz illi⁹ dīsionis dic̄t qdā simplex enūciatio ē vox signifcativa d̄ eo qdā ē aliquid qdā ad affirmatōz vel nō ē qdā ad negatōz. et hoc quēadmodū tpe diuisa sūt. i. p̄terito et futuro sīc i p̄stl. Notā qdā aliquid ē ee aliquid ē si ee sūt dīre enūciatōis diuisive et cōstitutie spēz. s. affirmationis et negatiōis. enūciatio at ē g⁹. bñ ea vtiā ari. tāqz gne diffiniēdo affirmatōz et negatiōz. didit g⁹ g⁹ in suas dīrias vt ex h̄ eliciat diffinitōes qdā itēdit. Unde postea ibi (affītio vbo) ostendit diffinitie qdā mēbra illi⁹ dīsōis sīt dī. qdā affirmaē enūciatio alic⁹ de aliq. s. p̄ modū cōpositōis negatiō at ē alic⁹ ab aliq. s. p̄ mo⁹ dīsōis. ex p̄mi. hō ē aial. ex p̄ si hō n̄ ē lapis. Circa p̄dā et circa. c. de enūciatioē qro vna qdā. vt p̄ subō n̄ exīte tales p̄positōes sīt v̄e. cesar est hō. cesar ē aial. videt qdā sīt false. qd̄ ens v̄e n̄ p̄t p̄diari de sīente s̄ cesare n̄ exīte. adbuc hō ē v̄e ens saltē i alijs suppositis. qd̄ alia supposita sīt entia in qd⁹ ipm̄ ens simplē est. g⁹ t̄c. Cōsiderar. de hōe et aiali. p̄ z⁹ b⁹ d̄t qdā nō ē oppō in adiecto in p̄dicato et nō p̄dicat ee fz accīs. tūc t̄z p̄fia a p̄fuctis ad dīsa. s̄ h̄ cesar ē hō tēto casu. nō est oppō in adiecto. nec p̄dicat ee fz accīs cu p̄dicet ee subē v̄e entī qdā ē verissim⁹ esse. g⁹ sequit⁹ cesar ē. p̄fia est flm. g⁹ et aīs. p̄ tēto casu hec est p̄fia. cesar ē hō mortu⁹ et sequit⁹. g⁹ nō est hō. qd̄ cu p̄ deteriatioē repugnāte p̄dicatur de aliquo v̄e nature ab eod. aīs p̄bat. tū qd̄ bec est p̄fia cesar fuit hō. h̄ fuit dicit actū teriatū. ex qd̄ sequit⁹ qd̄ fit hō mortu⁹. tū qd̄ cesar nō est hō viuī. nō ei viuī. g⁹ est hō mortu⁹. qd̄ mortu⁹ et viuī circa boiem sīt imediate opposita. p̄ i transmutatiōe subāli res aītit nomē et diffinitiōe qdā dīm̄ est s̄ in qdā qd̄ v̄e verū ee de supposito in p̄patiōe ad spēz. g⁹ in corruptione qdā trāsmutatio subālis suppo⁹ amittit nomen spēi. g⁹ tēto casu cesar non est hō. Ad oppo⁹ bec p̄fia est nc̄cia. cesar currat. ḡ hō currat. ergo me⁹ virutē cuius t̄z est nc̄cium. illud est cesar ē hō. me⁹ cessitas p̄fia p̄batur. qd̄ alqñ sequebat et nunc manet idē intē aīcedentis et p̄ficiis g⁹ et tunc. et ex eorū intellectu dependet p̄fia. ergo et nunc sequitur. p̄ sequit⁹ cesar est cesar. ergo cesar ē homo. aīs patet esse v̄ez. ergo et sequens. p̄fia p̄z. qd̄ sequens est de intellectu aītis. Rū. hic duo sunt videnda. p̄mo de proposito. vtrum tento casu ille sīt vere. cesar est homo. cesar est animal. z. an etiā tento casu ille sīt vere. cesar est cesar homo ē homo. qd̄ tangit ultimū arg⁹.

Quantū ad pri⁹ dieo qdā tales propositiones possunt cōcedi esse vere. qd̄ probatur etiā sic ad veritatez propositionis affirmatiue suffic̄ vniō extremorum. hoc enī so⁹ significat propositionis affirmatiua. sed talis est in proposito. in intellectu enī subiecti includitur per se intellect⁹ p̄dicati. qd̄ cesar et huiusmodi nō imponūtur ad significādū supposita bois. p̄ p̄ poste. de oī ē t̄c. ut de omī homine animal. sī enim verum ē

1. Si homo p̄t de d̄. p̄ aial de co etiā p̄t.
2. Sunt etiā qd̄ p̄sōt etiā aial.

Dicere hominē verū ē dicere aīal si nonc alterū
is alterū. ex qua auctoritate hētūr q̄ ad vltatē
ppōnis sufficit nc̄cia cōcitātia extreōz ita q̄
posito vno pōat altez. l̄z neutz nc̄cio existat.

¶ qz si nō tunc nulla eēt ppō de īnēē simplē
i q̄ pdicat cōmune de supposito suo. qz nō eēt
fp̄ vera. qz nihil aliud p̄t sumi sub medio i ma-
iori ñ nccio nisi suppo⁹ cōis sequit̄ qz nulla mi-
nor de īesse posset sub maiori de nccio reglū q̄ c̄
hāx. p̄ p̄t. Quan⁹ ad z⁹ filr φ ccedēde s̄t
oēs tales sor. est sor. sor. est bō. bō est bō. et tēto
casti. p⁹b⁹. nulla ppō vior in q̄ idē pdicat de se
sed ille sunt tales. ḡ t̄c. Tex z⁹b⁹. oīs negati-
ua est p accīs vera. B qz reducit ad alia affir-
matiū p̄orē verā. et maxime illā in q̄ pdicatur
idē de se. ḡ vītas i⁹. bo⁹ nō est malū. reducit ad
veritatē i⁹. bo⁹ ēbo⁹. ḡ cū bec sit vera. cesar nō
est asin⁹ et multa alia sic ctingit remouere a ce-
sare. sequit̄ φ ctingat ip̄z vere affirmari de se
ipso. ¶ p̄ rōz si negat ista sor. est sor. cceditur
ista sor. nō est sor. ḡ sequit̄ vltéri⁹. sor. est nō sor.
ḡ nō sor. est sor. p̄ cōuerſione. et vltéri⁹ ex cōuer-
ſente et puerſa que ccedunt̄ arguat sillogistice
sic. nō sor. est sor. sor. ē nō sor. ḡ sor. est sor. p̄missit
sūt vere. ḡ t̄c. ¶ p̄ in oī fillo ex oppositis 2⁹ est
impolis ex z⁹ p̄oz. sed siue res sit siue nō sit hic
est fillo⁹ ex oppositis in 3⁹ secūde. nullus bō est
alb⁹. aliquis bō ē albus. sequit̄. Aliquis bō n̄
est bō. ḡ ista 2⁹ est ipolis siue res sit siue non sit

Contra illā p̄clusionē ar. qz q̄ affirmatiua ē
vera oꝝ eē vnyionē in re qualis significat per p̄
pōnem. sed hic cesar ē cesar nulla est vnio in re
cū sub^ostantia et p̄dicatū nō sint aliue res. ḡ t̄.

R: sicut res h^z eē sic o^z ad veritatē talis p/
pōis eē vniōne in re taleō q̄lis significat p sermo
nē. natura at significatā per hoc nōmen sor. est
ens apud inte^o. alioquī inte^o nō faceret de ea
xpōnem. et sic est xpō eiusdē exītis apud inte^o
cū seipso. et talis xpō sufficit ad veritatē ybi res
nō ē exīs. ut p^z in istis. chimera ē chimera. nō
ens est nō ens. Ad p^o in oppo^o dico^o q̄ bic ce
sar est hō nō pdicat exīs de nō exīste. sed būa/
na natura cōcepta ut dicibilis de plib^o de eadē
natura cōcepta ut hec. existere enī et non existere
cū sint exēnea nature ut significat p terminū. si
faciunt equiuocationē in terio. mi. ḡ rōis ē flā
q^z pdicat ens de ente. Is nō pdice^o exīs de non
exīste aut exīte. Ad z^o dico^o q̄ h̄ cesar est hō
pdicat eē f accīs. q̄ dupl̄ intelligit. vel sic. i.
f m aliquid exēneū. vel sic. i. f m aliquid c^oeē de
subiecto nō p̄t eē simpl̄r de subcō. et vtroq^z mō
est in pposito. nā eē hoīs de cesare exēneū ē ei q̄
est eē qn̄ pdicat f m. tñ illud eē q̄ dicit pdicati/
onē hoīs de suo supposito eodē mō se h^z q̄licū/
q̄ transmutatione facta circa eē qn̄ pdicat z^o.

qz transmutatione facta circa ee qui palcat 2.
¶ Iler z:º ē fm accīs. nā ee bois ut dīdī de sorte n
ncēio p̄t ee. ¶ Contra. qz sequit cesar est albus.
accīa ei reale p accīs cuiusmodi est albū nulli

Accidit ei reale p[ro] accidit cuiusmodi est alibi nulli
age separari. s[ed] p[ro] locu[m] amatori separari est h[ab]itu
et separari est. q[uod] si esse actumis q[uod] est unius nec
enim potest esse simpliciter. s[ed] multo magis esse
separari. q[uod] est necessarium cum sensu esse. potest esse
simpliciter. Id quod dico. q[uod] si membrum intellectu[m]
potest esse p[ro] accidente.

subiecto inest. nisi existi. q̄ eē de subiecto ne-
cessario p̄t eē absolute cū pbaſ ſuā q̄ esse ſtabe
est veri? verū eē ſubē exiſtis. ſed nō eē ſpeci
ficiꝫ per acciſ. eē ei q̄i p̄dicatur 3º p̄dicat vñ

onē extremerū que nccia est subē ad subām sū exētia extremerū. non autē accēs ad subām nō exētē. **A**d 3^o principale dico q̄ mortuū t viuum p̄n̄t accipi actualiter t aptitudinaliter. p̄: sunt accētia eētiae hois significate per hoc no men hō. t sic p̄t p̄cedi q̄ cesar nō est hō viuus: sed mortu⁹. t q̄ mortuū p̄ mō non dīnuit ab ho mine nec infert non hominē. nā dīnuto alicui⁹ per aliud dī esse ratione significatorū sicut et compō inter illa. hō autē non includit in suo si gnificato oppo⁹ mortui hoc: sūpti. sed si sumāt̄ hec aptitudinalē forte sic sunt dīrie i genere subē eedē istis aīstum t inanimatū. t sic mortuū di minuit ab hoie. t hec est falsa. cesar ē homo mō tuus. hec autē vera. cesar ē hō viuus. nec sequit̄ ḡ viuit. sicut nec sequitur. ē risibilis. ergo ridet. **C**ū probat̄ q̄ cesar mortuus. qr fuit p̄t fuit b̄z vel dicit actū terminatū vel completū. nego hoc. si fuit predicatorū 3^o adiacens tunc p̄t con cedi q̄ ip̄e homo fuit. qr in eo existere ē termi tū. **A**d sc̄daz p̄bationē p̄z qualiter sequitur ē viuit. ergo viuit. distinctio autē predicta p̄z. t similiter de bipede quo frequēter vtitur az. pro differentia specifica boniis cū tamen dicat s. topi. q̄ non est om̄is homo habens duos pe des. ergo fm aptitudinē est differentia homiis vel ad minus dicit̄ de omni homie. fm actum autē non. **C**ontra doc̄ si cesar non viuit t viue revinentibus sit esse ex z^o de anima. ergo cesar non est. t si non est. ergo non ē ens. eē enī quan do predicatorū z^o predicat q̄ in re est esse. t si non est ens. ergo non ē homo. per locū a superiori ad inferius negādo. **R**espon: concedēda est hec propō non viuit. t hec similiter cesar non ē de eē existere t vltierius. ergo est non existens. qr illud ens probatur per eē quando predicatorū z^o. sed ens sumptū pro existēte non est superi⁹ ad hominē. vnde sicut dictū fuit supra ens po test eē parti⁹ vel nomen. ens parti⁹ significat idēz q̄ existens. qr tenet significationez verbi a quo dñdit. sed ens nomen significat forte h̄is eētiaz. t illud diuiditur per. io. genera. t con cedendum ē q̄ cesar est ens de illo ente non de ente pti⁹. **A**d 4^o dico q̄ transmutatio nō ca dit circa rē nisi prout existit. sic autē non habz rationē suppositi. sed ut cōcipitur apud int̄ p̄mo⁹ nō dicibilis de pluribus. vult ergo au ctoritas q̄ res fm q̄ existit in transmutatione subāli non habet formā quaz prius habuit. s̄ ex hoc non sequitur q̄ prius fuit suppositum alicuius cōmunis. t fm̄c non est suppo⁹ eius. qr circa illud nulla facta est transmutatio sub stancialis. intelligitur ergo auctoritas tantum de re que transmutatur que ē res ut existit.

